

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin David Reutz

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Decimaquinta, Quod Una Vera Religio Hominem Ad Deum Reducit, Et Quae Eius
Notae**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756647991>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Der. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Joh. Hallerordens, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantzat, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Joh. Fictius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Hegius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Der. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Joh. Hallerordens, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Joh. Postelius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Fictius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

xv.

Rostock un 1602 -

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,

*EXP. MORNÆI, DE
EADEM LIBRO,*

Decimaquinta,
QVOD VNA VERA
RELIGIO HOMINEM AD DEVUM
REDVCIT, ET QVÆ EIVS
NOTÆ.

Quam

DEO DVCE ET AVSPICE
PRAE SIDE
EILHARDO LV BIN O,

*In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur*

DAVID REVZIUS Rostochiensis.

Hora & loco consueto.

ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. CII.

68



ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISPVVTATIO DÉCIMA QUINTA.

QVOD VNA VERA
RELIGIO HOMINEM AD DEVUM
REDVCIT, ET QVÆ EIVS
NOTÆ.

I.

 Onstat ex hac tenus dictis Deum hominum parentem, mundiq; conditorem & gubernatorem summum illud Bonum esse, à quo homo descivit.

II.

Despicere ergo viam & rationem aliquam debet, quā veniam poscat, miseriam suam agnoscat, Deum adoret, laudet, gratias ei agat, sua ei commendet, mortem se commeruisse fateatur, ab eo vitam æternam speret & exspectet.

III.

Cum autem inter Iapsum, & summum hominis Bonum, inter mortem & vitam infinitum sit chasma; non solum religio hoc debet ostendere, sed etiam trajectum & pontem ei superando, ut suo bono & sibi restitui possit.

IV.

Hic trajectus Religio, officium illud hominis erga Deum, vel ars salvum faciendi hominem, vel recta illa ratio conciliandi hominis cum Deo, ex quā consequitur hominis salus.

V.

Hanc Religionem antiqui sapientes omnes homini necessariam esse, consentiunt. Cum enim mens unicuiq; naturaliter dicit Deum esse voluntas continuo infert, illum colendum esse: & summam hominum beatitudinem esse ad patrem redire.

VI.

Vnde Hermes cultum Dei ponit in Gratiarum actione, cognitione Dei, & Pietate. Pythagoras Deo vivendum esse dicit. Plato beatitudinem hominis esse dicit Deo vivere sanctâ vitâ, hoc est, pietate erga Deum. Aristoteles & Averroës Sacrificia &

preces ad Deum homini naturales esse docet. Alexander sumnum Bonum in Pietate erga Deum esse ponit, qui unica hominis merces.

VII.

Epiſtetus affiduè Deum laudandum, eiq; hymnos pro omnibus beneficijs canendos esse docet. Simplicius omnem caram & diligentiam in Dei cultu adhibendam esse monet. Hierocles omnes virtutes ad Religionem, tanquam ad principem & ducem referendas esse monet, utpote sine pietate vanas & inutiles, cui præ omnibus alijs obsequium, imò vitam quisq; debeat.

VIII.

Iamblichus pietatem Dei cultum esse docet, quæ unica ad felicitatem via; quâ etiam Dij beati sint. Proclus ex Platonicorum reliquorum sententiâ, Religionem & Dei invocationem homini propriam esse docet. Licet autem plurium Deorum sæpe meminerit, Religionem homini necessariam esse fatetur. Et quam homini propriissimam esse, populi nostrâ x̄tate detecti immanes & barbari fatentur, qui singuli suos Dei cultus habent.

IX.

Porro Religionem vel viam ad salutem unam tanrum esse liquidō p̄petet; utpote quæ sola quidquid homo est & habet Deo exigit. Contra si quæ externis corporis actionibus, & superficie hominis contenta sit, non Religio sed hypocrisis, & sacrilegium est.

X.

Cum a. Religio omnia hominis exigat, & illa ne sanctissimus quidem Deo p̄stet, sed quotidie debitum accumulet: Religio vera nostra debitum solum, verum & solvendi rationem debet ostendere, sine qua Religio mera mortis sententia & damnatio.

XI.

Hæc solutionis ratio necessario una est. Homo debitum illud non potest expungere, non primitijs, non sacrificijs, non universo mundo, si potiretur; non seipso, qui teste Hierocle Deo grata quidem victima, si purus fit. Verum corruptus nil nisi peccare potest, hoc est, debitum debito accumulare.

XII.

Quod cum infinitum sit, utpote contra infinitum Deum peccatum admissum, quis hoc nisi infinitus, hoc est, quis nisi unus, pecca-

pecca-

peccatum & debitum uniusmodi possit solvere? Adde quod cui debetur, & qui solvit est unus, qui solus sibi potest satisfacere.

X III.

Vna ergo Religio, quæ unam salutis viam monstrat. Quæ hoc non faciunt, vanæ & irritæ sunt.

X IV.

Plures esse nequeunt. Neq; enim ab objecto potest esse diversitas quod unitissimè unum, Deus. Quod si ad Deos vel creaturas extenditur, non jam Religio est, sed Impietas teste Proclo.

X V.

Neq; à subjecto, quia homo unius speciei, causa una, morbus unus, remedium unum, & simplex. Ergo & Ars unā, Morbum enim ex una & simplici lege cognoscit. Remedium in uno Deo invenit.

X VI.

Deinde Religio docet hominem agrotare; & lethaliter quidem & remedium specificum homini præscribit. Ad prius lex naturæ nos ducit, ad secundum ratio. Et huc usq; Religiones ab homine excogitatæ, quæ peccatum & mortem nobis ostendunt, & ad inferni marginem hominem deducunt, & Paradisum & Summum bonum eminus immenso hiatu intermedio demonstrant.

X VII.

At tertium illud, nempe traje&tum, quo homo Summo Bono restituatur, vera una à Deo præscripta religio ostendit; nempe Deum debita nostra solventem, & nos absolventem.

X VIII.

Porro quod Deum adorantium unus oculos in cælum tollit, alter vultu in terram procumbit, ceremoniæ tantum sunt, non de Religionis substantiâ. Plurimi etiam sacrificiorum ritus si ad vi&timas tantum respiciunt, vani & irriti sunt; Sin confessiones sint, quod quam mortem innocens vi&tima patiatur, sacrificans pro&meritus sit; nihil habet illa religio præter mortis sententiam, nisi redditum ad salutem demonstret.

X IX.

Qui objiciunt Religionem nil nisi certarum ceremoniarum apud singulas gentes observationem esse in diversis gentibus diversam, ut quod huic sanctum, illi prophanum sit; Religio-

nem faciunt artem inutilem , vanam , & eandem prorsus tol-
lunt.

XX.

Medicina enim licet multis nominibus incerta videatur , suam habet certitudinem , ut quod hic remedium , alibi non sit venenum . Sic Iurisprudentia tot casibus variata ad unam rationis simplicitatem revocatur ; Virtus affectibus mari & vento instabilioribus moderatur , ipsa omni loco & tempore simplex & una . Quanto magis religio certum & naturale quid haber ; Vt pote cuius subjectum immortalis mens hominis , & objectum infinitus & immutabilis Deus .

XXI.

Meliūs Herocles Religionem & Pietatem ducem Virtutum omnium dicebat , sine qua fortitudo temeritas , prudentia fraus , virtus hypocrisis & vitium sit . Si hic virtutum scopus est , necessario est fixus ; sin vero est mobilis , nullum bonum & honestum est , & sic homine & mente hominis nihil esset vanius . Cum tamen aliquid honestum , aliquam virtutem esse etiam vitiosissimi fateantur .

XXII.

Præterea Religiones quæ hominem à Deo ad creaturam abducunt , quæ mortuis idolis vivos homines mactant , quæ bonis legibus adversantur , sceleratas & improbas esse , vel improbi fateantur .

XXIII.

Vt ergo unus Deus ita & una Religio , quæ cuique homini omnibus humanis potior , & quam nihil homini magis naturale , cuius veræ & rectæ , ut à falsis & personatis religionibus dignoscatur certas & immutabiles notas tradere operæ ppterum est .

XXIV.

Prima est , quod Religio hominem Deo vero reconciliare & religare debet , ad beatitudinem suam , quæ est , jungi Deo . Vt pote cum nullum aliud in mundo hominem salvum possit facere , nisi qui fecit . qui ab illis quos in cælo beatos reddet , in terris collendus est .

XXV.

Quæ ergo Religio cultum à verò Deo cæli & terræ creatore avertit & Bonum alibi querendum suadet impietas & malitia est , omnes ejus ceremoniæ contumeliosæ & blasphemæ : Est enim

enim unus creator, una Religio, quæ ad unum verum Deum
etiam testibus Philosophis Platonicis extendenda est.

X X VI.

Secunda est, quod Religio verum Deum RITE & RE-
CTE debeat colere, ut ex verbo Dei præscriptum & revelatum
est. cuius cultus regulam non homo potest præscribere, utpote
qui à se solummodo scire potest, quid Deus non sit.

X X VII.

Licet enim Philosophus sciat colendum esse Deum, & ma-
teriale etiam cultum Deo non deberi; ignorat tamen Spiritu
esse adorandum, aut si id forte cogitet, cultum tamen illum ri-
te nequit præscribere. Homo enim ex se supra hominem non as-
surgit: Et veri DEI cultum non nisi verus Deus definiit, idq; ad
tenuitatem humanam attemperatam.

X X VIII.

Fassus etiam est Philosophus Plato scalas suas, mentis & ra-
tionis humanæ breviores esse, quam ut eo pertingant, & eo nos
ad antiqua Oracula vocat. Sic Aristoteles ex Simonide de re-
bus supra naturam Deo credi jubet. Iamblichus Deo grata non
nisi à Deo homines doceri affirmat: & Alpharabius Aræbs, ab in-
spiratione divinâ solâ procedere. Vnde etiam Ethnici Religio-
nes suas, tanquam à Deo acceptas, proponebant.

X X IX.

Tertia, quod Religio debeat rationem suppeditare, quâ ho-
mo Deo conjungatur & justitiae divinæ satisfiat, integritate & san-
ctitate hominis quam nesanctissimi quidem sibi arrogârint. Sine
quâ notâ omnis Religio Mors & damnatio est.

X X X.

Platonici illud moliti per purgationes & lavacra, sed irrito
conatus, ut ipsi fatentur. Interim tamen rationem illam reconciliandi
hominis cum Deo absolute necessariam, alicubi à Deo pro-
curatam non dubitant. Et Hierocles multa de purgatione con-
scientiæ, de confessione peccatorum, coram Deo egregiè diffe-
runt. Sed in tertio gradu hæret cum alijs, qui Religione suâ ad
mortem tantum homines ducunt, sed non rursus educunt.

Objici-

XXXI.

Objiciunt nonnulli Religionem caritatem esse homini ab homine debitam & quasi politicam artem. Verum caritas hæc non vera religio, sed Religionis veræ quasi appendix. Qui enim Deum amat & colit, non potest Dei imaginem proximum suum odire.

XXXII.

Deinde vera Religio propriè hominem cum Deo, non cum homine jungit & reconciliat. Non n. à defectu caritatis proximi, sed à rebellione adversus Deum lapsus ortus est. Ut a. calor non vera nota est ignis, calent n. etiam alia; licet nullus ignis sine calore: Sic caritas non est ipsa Religio; sed ipsi adeo conjuncta virtus, ut nullibi sine ipsa esse possit.

XXXIII.

Et quæ tamen caritas si leges humanas tantum respicit, hypocrisis est, si apud homines famam aut fidem auctupatur, nundinatio est, & philautia; Nisi Dei amore & timore propter Deum, imaginem Dei, proximum amet. Et quæ perfecta caritas in proximum in nullo hominum, utpote cum amor erga Deum adeo sit mancus & debilis.


XXXIV.

Vt ergo unus scopus hominis reditus ad Deum: Ita redundi ad Deum una via Religio; quæ tum D E V M V E R U M debet colere; tum E X D E I I P S I V S P R A E S C R I P T O; tum deniq; H O M I N E M D E O R E C O N C I L I A R E; cui laus & gloria sempiterna, Amen.



4771060





ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne viriant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
lominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
a, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo-
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-